IN CYCLOPEM
FABULAM EURIPIDEAM COMMENTARIORUM

PARTICULA II.

Quod iam prima ineunte particula ante hos sex annos in universum cum de aliis fabulis Euripideis, tum de Cyclope, quae fabula satyrica una ex omnibus integra nobis est tradita, praefatus sum et libros manu scriptos paucos eosque deteriores esse et veteres commentarios aut raro aut omnino non exstare, id eo magis in hanc quadrat particulam, quod exscisso folio amplius centum versus [244—251][1] in codice B intercidisse constat. Quam ob caussam in his versibus apographis Parisinis, quae nullius fere momenti sint, neglectis uno codice C uti licet artis criticae fundamento. Qua re difficultas interpretandi vel emendandi in hac fabulae parte corruptionum plenissima adeo interdum augetur, vix ut verum possit investigari. Neque igitur, quamquam nonnulla sunt, quae mea quidem sententia magnam habent veritatis speciem, vereor dicere me forsitan alia protulisse, quae offensionem non effugient. Accedit quod permagnam horum commentariorum partem correctis tot tamque variis puerorum libellis tempore admodum interscisso ac paene consumpto conscripsi; unde fieri potuit, ut in versibus huius fabulae corrigendis errore aliquando ducerer.

---

v. 82. *σιγήσατ', ὦ τέκν', ἄντρα δ' εἰς πετρηρεφῆ*
ποίμνας ἀθροῖσαι προςπόλοις κελεύσατε.

Interpretes de casu discrepantes vocabuli *πρόςπολος* aut „*προςπόλους*“ aut „*προςπόλοις*“ scripserunt. Libri mss. BC sec. app. Parr. *προςπόλους* exhibent, Ald. *προςπόλοις*, quod rectum esse censent Matthiaeus et God. Hermannus, vitiosum Kirchhoffius, Nauckius, Hartungius. Codicum igitur scriptura non satis accurate cognita, quae verborum coniunctio legibus grammaticis non neglectis praeferenda sit videamus.

---

[1] Editionem in vv. numerandis secutus sum Nauckianam.

Quamquam accusativus verbo *κελεύειν* saepissime adiungitur, tamen dativum[2] quo que poni posse cum alii Graeci scriptores[3] demonstrant, tum multis locis Homerus[4], cuius carminibus in hac fabula componenda Euripidem usum esse constat.[5] Deinde significatio, quae verbum *κελεύειν* ita usurpatum habere solet, „clamando impellere aliquem, ut aliquid faciat", Sileno Satyros impellenti, ut oves intro cogant, aptissimum est. Quas ob caussas *προςπόλοις* genuinum esse contendo.

v. 88. *φέρονται* sine dubitatione cum libris scribendum est propter nominandi casum qui sequitur *κεχρημένοι*. App. Parr. alterum quidem Kirchhoffio auctore praebet *φέροντας*, unde sic Ald., sed tam accurata cum verbo *ὁρῶ* coniunctio a vivido huius sermonis colore plane abhorret.

v. 91. *ἄξενον στέγην | τήνδ' ἐμβεβῶτες κτλ.*

Musgravius vocabulum *στέγην* falsum esse ratus „*γύην*" scribendum iudicat: „se neque quemquam invenisse, qui *ἐμβαίνειν στέγην* dixerit, neque, etiamsi Graece dicatur, hic locum habere posse Ulixe cum sociis nunc primum in conspectum prodeunte." Iacobsius, qui Musgravio adstipulatur[6], propter nimiam litterarum diversitatem *ἄξενόν τε γῆν* scribere mavult. Equidem librorum scriptura *στέγην* servandam esse arbitror. Nam eodem modo quo dicitur *χῶρον ἐμβαίνειν* etiam *στέγην ἐμβαίνειν* dici potest. Similes loci inveniuntur in

Eur. Alc. 1000. *καί τις δοχμίαν κέλευθον*
ἐμβαίνων τόδ' ἐρεῖ. cf. Suppl. 989.
Hec. 922. *ναύταν οὐκέθ' ὁρῶν ὅμιλον*
Τροίαν Ἰλιάδ' ἐμβεβῶτα.
Rhes. 214. *ὅταν δ' ἔρημον χῶρον ἐμβαίνω ποδί,*
δίβαμος εἰμι· τῆδε σύγκειται δόλος.

Sententiae quoque *στέγην ἐμβαίνειν* optime convenire ex iis vv. qui antecedunt et ex iis qui sequuntur elucet. Nam aquam hausturi sunt et cibos petituri [v. 87—89], quarum rerum neutram nisi homine quodam adiuvante possunt accipere [v. 96—99]. Atque cum quispiam dixerit ipsum Ulixem cum sociis aquam invenire posse, tamen cibi certe e specu illo arcessendi sunt. Silenus autem advenas ad antrum venientes [*στείχοντας εἰς τόδ' ἄντρον*] conspicatus neque ignorans mortem iis qui ingressi sint imminere, verba facit, quibus in universum, quam male ille Cyclops hospites tractet,

---

[2] cff. Bernhardy, Wissenschaftl. Synt. p. 92. K. W. Krueger Gr. Gr. I. § 48, 7, 10. II., 48, 7, 7. Matthiae Gr. Gr. § 382.

[3] Thuc. I, 44: *εἰ γὰρ ἐπὶ Κόρινθον ἐκέλευον σφίσιν οἱ Κερκυραῖοι συμπλεῖν, ἐλύοντ' ἂν αὐτοῖς αἱ πρὸς Πελοποννησίους σπονδαί.* cff. Diod. XIX, 37. Plat. Civ. III, p. 396A.

[4] Od. B, 6: *αἶψα δὲ κηρύκεσσι λιγυφθόγγοισι κέλευσεν*
κηρύσσειν ἀγορήνδε καρηκομόωντας Ἀχαιούς.
cff. ib. 151. Il. B, 50. 442. I, 658.

[5] Res evidentissime patet e vv. 285—346, qui comparandi sunt cum Hom. Od. I, 259—280.

[6] cf. Animadvv. in Eurip. trag. et frg. I, p. 121.

argumentatur: „*diejenigen, welche diese unwirthliche Behausung betreten haben und in den Rachen des Cyclopen gekommen sind, wissen nicht, welch' ein Herr Polyphemus ist;*“ vel fortasse melius interrogandi signo posito: „*wissen sie nicht, welch' ein Herr P. ist, wenn sie .... betreten haben?*“ Accedit quod *Κυκλωπία γνάθος*, cuius Silenus simul facit mentionem, demonstrat Cyclopis antrum in animo habuisse poëtam, quo efficitur, ut *γνάθος* et *στέγη* inter se quasi comparentur.

v. 93. *γνάθον τὴν ἀνδροβρῶτα.* *Τὴν* cum Bothio pro *τήνδ'* scribendum esse censeo, sive ex antecedenti versu [*τήνδ' ἐμβεβῶτες*] sive e litterarum confusione [*ΤΗΝΔΑΝΔ ... = ΤΗΝΑΝΔ ...*] hoc vitium ortum est.

v. 99: *Τί χρῆμα; Βρομίου πόλιν ἔοιγμεν εἰςβαλεῖν,*
Σατύρων πρὸς ἄντροις· τόνδ' ὅμιλον εἰςορῶ.
χαίρειν προςεῖπα τὸν γεραίτατον.

Interpretibus et verba et sententia offensionis praebuerunt ansam. Ac primum quidem „*ἔοιγμεν*“ addubitant mutarique volunt in „*ἐοίκαμεν.*“ Qualem mutationem iusta carere caussa, qui illos locos legerit ex Heraclidarum fabula desumptos, facile intelliget.

v. 427: *ὦ τέκν', ἔοιγμεν ναυτίλοισιν, κτλ.*
v. 680: - - - - - - - *ταὐτὰ γὰρ φροντίζομεν*
φίλοις παρόντες, ὡς ἔοιγμεν, ὠφελεῖν.

cf. Soph. Ai. 1239.[7]

Maiorem suspicionem movet scriptura *προςεῖπα*, quae a Fixio, quem Hartungius secutus est, in „*προςεῖπον*“ mutatur. Sed aoristi qui est *εἶπα* vel *προςεῖπα* quamvis rara sit persona prima, tamen prorsus negari non potest. Formam enim addubitari non oportet, dum modo unum exstet exemplum. Quod exemplum apud Xenophontem reperi: *Ἀλλ' οὐδεπώποτε αὐτὴν, ἔφη, οὔτ' εἶπα οὔτ' ἐποίησα οὐδέν, ἐφ' ᾧ ἠσχύνθη* [Memorab. II. 2, § 8], neque quisquam est, quod sciam, qui huius loci scripturam habeat falsam. Accedit quod aliarum huius aoristi formarum usus multis exemplis cum in Sophoclis tum in Euripidis fabulis satis firmatur.[8] Itaque *προςεῖπα* servandum censeo.

Iam vero transeamus ad interpungendi rationem, unde altera quaestio est orta de sententia. In edd. vett. sic est interpunctum: *Βρομίου πόλιν ἔοιγμεν εἰςβαλεῖν, Σατύρων πρὸς ἄντροις· τόνδ' ὅμιλον εἰςορῶ.* A Cantero sic: *Βρ. π. ἐ. εἰςβαλεῖν. Σατύρων πρ. ἄντροις τόνδ' ὅμ. εἰςορῶ.* G. Hermannus haec adicit: „Exspectat quis

---

[7] Editiones in vv. numerandis secutus sum Sophoclis Schneidewinianam, Aeschyli Dindorfianam, Aristophanis Bergkianam.

[8] cff. Eur. Alc. 58. 610 [*προςείπατε*]. Bacch. 818 [*ἐξεῖπας*]. 824. Cycl. 148. 196. 569. 685. El. 275. 290. Hec. 382. 670. 881. Hel. 125. 471. 808. 1043. 1063. Heraclid. 464. 1014. Hipp. 278. 921. 1036. 1045. 1099 [*προςείπατε*]. Ion 1022. Iph. Aul. 990. 1024. 1347. 1408. 1440. 1442. Iph. Taur. 118. 293. 370 [*προςεῖπας*]. 740. 1021. 1325. Med. 895 [*προςείπατε*]. 1127. Or. 243. 386. 638. 1212. Phoen. 392. 915. 1210. 1273.

fortasse potius *πρὸς ἄντροις τοῖσδ'*. Ego quidem vereor, ne *σατύρων* interpretis sit, Euripides autem scripserit: *Βρ. π. ἔοιγμεν εἰςβαλεῖν, οἷον πρ. ἄντροις .... εἰςορῶ''*. Mihi probatur editt. vett. interpunctio his de caussis. Ulixi cum sociis prodeunti, cum locus a littore esset remotior, quam ut, quales essent incolae, accurate posset cognosci, praeter opinionem accidit, ut Satyros conspiceret circum antrum dispersos [cf. v. 203]. Qui autem subito quodam animi affectu commoventur, [v. 99: *τί χρῆμα*; talis affectus significatur] ii minoribus enuntiationibus quasi abruptis uti solent. Ulixes igitur dum eos, quos e longinquo allocutus est, Satyros esse videt, ad socios conversus, *Τί χρῆμα;* inquit, *Βρομίου πόλιν ἔοιγμεν εἰςβαλεῖν*, et explicandi caussa vel appositionis instar addit: *Σατύρων πρὸς ἄντροις*.[9] deinde quasi digito Satyrorum turbam monstrans: *τόνδ' ὅμιλον εἰςορῶ*.

v. 104. *Σισύφου γένος*. Est fabula post Homerum apud Graecos et Romanos vulgata Ulixem Sisypho, non Laërte esse ortum, cui postea demum Anticlea ab Autolyco esset desponsa[10]. Quae affinitas Sisyphi et Ulixis eo facilius potuit fingi, quod non solum Ulixes, homo versutus ac callidus, Sisypho magis aemulari videbatur quam Laërtae, sed ediam Autolycus iam ab Homero omnium vaferrimus appellabatur, *ὃς ἀνθρώπους ἐκέκαστο | κλεπτοσύνῃ θ' ὅρκῳ τε*. Itaque apud poëtas inimici Ulixi patrem Sisyphum solent obicere, velut nautae [in Soph. Ai. v. 189], a quibus *τὰς Σισυφιδᾶν γενεᾶς βασιλεύς* vocatur, Philoctetes [Soph. Phil. 417] a quo *οὐμπολητὸς Σισύφου Λαερτίῳ* appellatur, Agamemnon [in Eur. Iphig. Aul. v. 524], a quo *τὸ Σισύφειον σπέρμα* nominatur. A Sileno Ulixem hoc loco illudi apparet, quam ob rem hic opprobrium illud sequenti versu deprecatur: *λοιδόρει δὲ μή*.

v. 105. *ἐκεῖνος οὗτός εἰμι* libri; *ἐκεῖνος αὐτός εἰμι* correxit L. Dindorfius, quem Hartungius secutus est, quod priores huius fabulae editores hoc vitium non viderint, valde miratus. Cuius mirationis caussa num iusta sit dubito, quod pronomina inter se contraria *ἐκεῖνος* et *οὗτος* h. l. aptissime coniuncta esse contendo. Cum enim pronomine *ἐκεῖνος* remotius aliquid sive tempore sive loco a nobis divisum vel oppositum significetur, *οὗτος* autem pronomine res quae ad praesens tempus pertinent, quae tanquam conspiciuntur et adsunt, demonstrentur[11], summo iure Ulixes mihi illud pronomen ad virum videtur referre, quem paullo ante Silenus e Sisyphi stirpe ortum se novisse dixit, hoc pronomine se ipse Ulixem appellare: „Ille, inquit, quem nosti, hic sum, qui tecum loquor.“ „*Jener bin ich hier.*“ Similis horum pronominum coniunctio in Euripidis fabulis saepius usurpata est illa familiaris colloquii propria „*τοῦτ' ἐκεῖνο*“.[12] Itaque Hartungius fortasse admodum severe de priorum editorum socordia iudicavit, qui *οὗτος* pronomen servarunt.

---

[9] Satyros saepissime in antris habitasse notum est. cf. Verg. Ecl. VI, 13.

[10] cff. schol. ad Soph. Ai. 190. Ov. Met. XIII, 32.

[11] Accuratius de hac re disseruerunt Bernhardy W. S. p. 277. Krueger Gr. Gr. § 51, 7, 7. 10. 11. Matthiae § 471. Thiersch. § 284. 11. 13.

[12] cff. Eur. Hel. 628. 794. Med. 98. Or. 802. Aristoph. Ach. 41. Lysist. 240.

Maiorem atque iustiorem mirandi caussam God. Hermannus habuit, quod versu 107:

ἐξ Ἰλίου γε κἀπὸ Τρωϊκῶν πόνων vocula γέ a novissimis editoribus sit servata. Ex particula καί quae sequitur facile intelliget, qui creberrimam litterarum Γ et Τ cognoverit permutationem, illam voculam mutandam esse in „τέ".

v. 118. ἄντρ' ἔχοντες. Fortasse habitandi significatio, quam h. l. verbum ἔχειν habet, Nauckium, ut ἄντρ' οἰκοῦντες scriberet, impulit. Quamquam, si caussam emendandi conieci veram[13], — nam nihil de hac re commemorat — illam verbi ἔχειν notionem praecipue de diis, οἳ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν, eorumque similibus a poëtis usurpari satis constat, tamen de hominum quoque domiciliis usitatam fuisse complures loci demonstrant. Eur. Cycl. 324:

ἐν τῇδε πέτρᾳ στέγν' ἔχω σκηνώματα.

Ion 59: ἣν ταῖς Ἀθήναις τοῖς τε Χαλκωδοντίδαις,
οἳ γῆν ἔχουσ' Εὐβοΐδα, πολέμιος κλύδων.

Med. 448: σοὶ γὰρ παρὸν γῆν τήνδε καὶ δόμους ἔχειν ...

cff. Soph. Ai. 298. Phil. 154. Aesch. Prom. 419. Hom. Od. Ζ, 177. 183. 195. Η, 68. Ω, 282. Il. Β, 632. 646. al.

Ceterum versus qui antecedit: τίνες δ' ἔχουσι γαῖαν; Nauckii emendationi repugnat.

v. 123. ἀμπέλου ῥοάς legendum esse apparet; ῥοαῖς, quae librorum est scriptura, fortasse e „ῥοίας fluctus" ortum est, quod vocabulum librarius quidam pro recto scripsit.

v. 124. τοιγὰρ ἄχορον οἰκοῦσι χθόνα. Etsi ex libris mss. unus [C sec. Vict. et app. Parr.] ἄχαριν habet supra scriptum, tamen ἄχορος vocabulum Sileni moribus est accommodatius quam ἄχαρις. „Sponte sequitur," God. Hermannus recte inquit, „ut regio sit ἄχαρις, si est ἄχορος".

v. 128. αὐτὸς δὲ Κύκλωψ ποῦ 'στιν; ἢ δόμων ἔσω; Ante hunc versum quaedam excidisse God. Hermannus existimat. „Nam, inquit, cum credi non possit tam negligentem fuisse Euripidem, ut Ulixem de illo Cyclope, de quo nondum quidquam cognoverat, quaerentem faceret, aliquot versus interiisse necesse est, quibus ad Polyphemum deductum fuerit diverbium." Recte quidem, ut fere semper, sagacissimus ille vir vitii locum detexit, sed, num medendi quoque rationem h. l. invenerit rectam, dubitaverim. Quamvis de Polyphemo ipso poëta nihil dixerit in iis versibus qui antecedunt, tamen de Cyclopibus eorumque vita et moribus generatim atque universe satis loquitur, ita ut Ulixes, quales illi sint, facile possit cognoscere. Sic v. 118 sqq. Silenus Cyclopes in antris habitare narrat, deinde alterum alteri non obtemperare, tum lacte eos et caseo vivere, denique quicunque peregrini ad illa littora advehantur, iis vesci maxima cum voluptate solere. Mirum igitur Ulixem de-

---

[13] Nauckium librorum mss. auctoritatem hanc ob caussam neglexisse, quod Euripides v. 22:

Κύκλωπες οἰκοῦσ' ἄντρ' ἔρημ' ἀνδροκτόνοι

scripserit, vix crediderim.

siderium tenet videndi hunc Cyclopem, qui se suosque socios velit comedere. Quale desiderium nos non offenderet, si vocabulo quodam demonstraretur Ulixem scire velle, ubinam esset Cyclops, qui in hoc antro habitaret. Itaque, ut bene procedat sermo, nihil est opus nisi accurata significatio, qua Ulixes se comperire velle dicat, ubi ille Cyclops sit, cuius servi Satyri sint facti, Polyphemus. Talis autem significatio vel demonstratio in verbis inesset, si pro „*αὐτός*" scriberetur „*οὗτος*", quae mihi coniectura, quod neque litterarum mutatio est magna et sententiarum nexus restituitur, probabilis videtur esse.

Duarum quas forte quispiam ponat quaestionum altera, num *οὗτος* pronomen sine articulo poni possit apud tragicos, exemplis absolvitur, quae Bernhardy[14], Krueger[15], Matthiae[16], Rost[17], Thiersch[18] proferunt. Cyclopis enim nomen nomini proprio simile esse vix quisquam neget. Altera, num Cyclopes in singulis antris habitaverint, imprimis affirmatur versu 120:

.... *ἀκούει δ' οὐδὲν οὐδεὶς οὐδενός.*

v. 131. *οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις*; libri mss. exhibent. Sed plurimi editores cum Cantero „*οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον*"; scripserunt. Hartungius, novissimus huius fabulae interpres, ad emendationem defendendam haec adnotat: „*Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον war stehende Redensart. Οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις wäre damit keinesweges einerlei, denn es hiesse: Weisst du, was du thun wirst? während der Sinn fordert: was du thun musst!*" Sed illa caussa, quam Hartungius et ceteri fere omnes primam ponunt, cur locus emendandus sit „*οἶσθ' ὃ δρᾶρον*" dicendi formulam esse cum apud alios poetas Atticos tum apud Euripidem usitatam, minimum valet, si exempla alterius quoque dictionis quamvis pauca inveniuntur. Deinde librarios dictiones minus usitatas pro vulgatioribus scripsisse vix est credibile; tum autem, ut Godofr. Hermanni[19] verbis utar, quod ita loqui soliti sunt Attici, ex eo non sequitur eos ubique ita locutos esse. Quin ipsa cogitandi celeritas, cui haec formula originem[20] debet, suadet, ut pro diversa sententiarum coniunctione aliis in locis aliter locutos esse Atticos censeamus. Quamquam igitur Euripidi illam dicendi formulam *οἶσθ' ὃ δρᾶσον* familiarem fuisse non ignoro[21], tamen iis, qui cum Cantero faciunt, assentiri nequeo. Accedit quod,

---

[14] W. S. p. 319.

[15] Gr. Gr. I § 50, 11 n. 22. II § 50, 11 n. 1.

[16] Gr. Gr. § 265, 1.

[17] Gr. Gr. § 98, 3. A. c. α et 6.

[18] Gr. Gr. § 307, 8.

[19] ad Med. v. 587.

[20] De hac formula eiusque origine accuratius disseruerunt Bernhardy W. S. p. 392. Hartung, Lehre v. d. Partt. d. Griech. Spr. II p. 144. G. Herm. ad Vig. p. 740. Koenius ad Greg. Cor. de dial. Att. § 7. Krueger Gr. Gr. I § 54, 13, 2. II § 54, 4, 2. Matthiae Gr. Gr. § 511, 4. Thiersch Gr. Gr. § 295, 11.

[21] cff. Hel. 315. 1233. Ion 1029. Iph. Taur. 725; Heraclid. 451: *οἶσθ' ὅ μοι σύμπραξον*; Iph. Taur. 1203: *οἶσθά νυν ἅ μοι γενέσθω*;

ut iam dixi, in fabulis Euripideis inveniuntur nonnulla exempla, quibus futurum tempus defendatur. Primum ponam illud e Medeae fabula desumptum v. 600:

οἶσθ' ὡς μετεύξῃ καὶ σοφωτέρα φανῇ,

quo loco in omnibus libris mss. futurum tempus legitur. Alio loco, Hec. 225, libri mss. vel optimi fluctuant inter utramque dictionem *δράσεις* et *δρᾶσον*. E tertio denique loco, quem his adiunxerim similem, Iph. Taur. 759: *ἀλλ' οἶσθ' ὃ δράσω;* videtur mihi sequi nihil esse, quod Euripides, si prima temporis futuri persona in eiusmodi dictione usus sit, altera non utatur.

Iam vero sententiam inquiramus, quae, quominus librorum scripturam probet, Hartungio obstat. Ulixes absente Cyclope facilius quae optet se assequi posse arbitratur et Silenum quopue conditione ipsius sociorumque descripta consilium cibos comparandi probaturum esse sibi persuadet. Itaque interrogat: *Οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις;* „*weisst du also, was du thun wirst?*" Cur sententiarum nexus postulet: ... „*was du thun musst?*" non video. Dicat autem fortasse aliquis propter imperativum qui sequatur *ὅδησον* anteponendum esse „*δρᾶσον*", sed in illo Medeae loco idem imperandi modus *φανέσθω* futurum tempus sequitur.

Versum 136. .... *καὶ τυρὸς ὀπίας ἐστὶ καὶ βοὸς γάλα,*

Athenaeus XIV. p. 658. C. affert his verbis: *Εὐριπίδης ἐν Κύκλωπι ὀπίαν*[22] *καλεῖ τυρὸν τὸν δριμύν, τὸν πυγνύμενον τῷ τῆς συκῆς ὀπῷ·*

καὶ τυρὸς ὀπίας ἐστὶ καὶ Διὸς γάλα.

Quam lectionem arripiens Erasmus his verbis „*Διὸς γάλα*" inter proverbia locum dedit scribens veteres lac Iovis appellasse, quod insigniter lautum esset in cibis. Etsi Henr. Stephanus et Iosua Barnes illam lectionem ferri non posse demonstrarunt, aliter tamen ac libri mss. exhibent Euripidem hoc loco scripsisse mihi est persuasum. Atque verba quae sunt *βοὸς γάλα* eo maiorem movent suspicionem, quod in Cyclopis fabula apud Homerum nusquam, apud Euripidem tribus locis[23] vaccarum vel boum fit mentio, plurimis ovium[24]. Accedit quod paullo ante Silenus, Cyclopes qua vivendi ratione utantur, exponens dicit v. 122:

[*ζῶσι*] *γάλακτι καὶ τυροῖσι καὶ μήλων βορᾷ.*

Itaque veram scripturam apud Athenaeum reconditam hanc esse arbitror: *οἰὸς γάλα* — *ΟΙΟΣ ΓΑΛΑ* — unde facile librarii cuiusdam socordia potuit fieri *ΔΙΟΣ ΓΑΛΑ*.

v. 142. *ὃν ἐξέθρεψα ταῖσδ' ἐγώ ποτ' ἀγκάλαις;* Musurum, qui scriptura *ταῖδ'* [in ap. Par. altero] commotus „*παῖδ'*" scripsit, editores veteres et God. Hermannus secuti sunt. Cum autem mea quidem sententia *ἐκτρέφειν ἀγκάλαις* sine ulla

---

22 De caseis ficuum succo coagulatis vid. Plut. Symp. problem. VI, 10.

23 v. 218: [*γάλα*] *μήλειον ἢ βόειον ἢ μεμιγμένον;*
v. 325: *ἢ μόσχον ὀπτὸν ἢ τι θήρειον δάκος*
δαινύμενος ....
v. 389: *μόσχους ἀμέλξας* .....

24 cff. vv. 26. 28. 35. 37. 48. 52. 53. 57. 83. 218. 224. 256. 660.

accuratiore definitione ferri non possit, codicum scripturam quae est *ταῖς δ'* praeferam[25]. Silenus postquam Ulixi vinum a Marone dei filio datum audivit, num sit filius eius dei, quem in his suis manibus gestaverit atque educaverit, ex hospite quaerit, is autem respondet:

ὁ Βακχίου παῖς, ὡς σαφέστερον μάθῃς.

Versus 145: *ὅδ' ἀσκός, ὃς κεύθει νιν, ὡς ὁρᾷς, γέρον,* qui omnibus fere interpretibus tantam movit suspicionem, ut alius aliud coniceret[26], correctione omnino non eget. Ulixes enim Sileno, ubinam illud vinum sit, quaerenti respondet: „Hic est uter, qui vinum continet, ut vides". Quibus verbis gestu quodam utrem pelle caprina confectum, quo Graeci antiquissimis temporibus uti solebant ad vinum condendum, significat tumentem. Plenum igitur utrem esse Silenus potest videre, vinum autem continere e singulari eius forma et specie conicere. Itaque „*ὡς ὁρᾷς*" parum recte verbis „*ὃς κεύθει νιν*" adiunctum esse negaverim: immo vero rem indicat apertam manifestam, ut Hec. 1053:

... χωρεῖ δ', ὡς ὁρᾷς, ὅδ' ἐκ δόμων.

Si omnino correctione opus esset, fortasse haec foret simplicissima: *ὅδ' ἀσκός, ὃς κ. ν., ὧδ' ὅρα, γέρον:* hic uter est, qui vinum continet, huc vide. cf. Soph. Trach. 402: *οὗτος βλέφ' ὧδε.*

v. 147. *κἂν*[27] *δὶς τόσον πῶμ', ὅσον ἂν ἐξ ἀσκοῦ ῥυῇ:* Inter hunc versum et eum qui antecedit Kirchhoffius lacunam indicat, caussas non indicat. Particulam, qua res affirmari solent, „*ναί*", sive Aldinae interpungendi rationem: *ναί· δὶς τόσον π. ὅσον ἂν ἐξ ἀσκοῦ ῥυῇ.* servamus, seu delemus, in hunc locum non quadrare apparet. Itaque iam Boissonadus, cui G. Hermannus et ex parte quidem Hartungius, qui praeterea non *πῶμ'*, sed *δώσω* scribit, assentiuntur, voculam *ναί* mutavit in „*καί*", quae coniectura simili Hecubae loco v. 392:

καὶ δὶς τόσον πῶμ' αἵματος γενήσεται
γαίᾳ νεκρῷ τε τῷ τάδ' ἐξαιτουμένῳ.

possit adiuvari. Sed mihi cum versum qui antecedit tum praecipue qui sequitur consideranti veri similius videtur esse Euripidem scripsisse: *κἂν δὶς τόσον πῶμ'* [scil. *ῥυῇ*] *ὅσον ἂν ἐξ ἀσκοῦ ῥυῇ:* „sin autem potus altero tanto maior [effluat], quantus ex utre effluat?" Apodosis quae vocatur ex antecedenti versu est supplenda: „nonne tibi tantus potus sufficiat, buccam impleat?"

---

[25] Similiter solum dandi casum cum verbo *ἐκτρέφειν* apud Eur. invenias coniunctum:
Med. 939: *παῖδες δ' ὅπως ἂν ἐκτράφωσι σῇ χερί,*
αἰτοῦ Κρέοντα τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα.
Heraclid. 578: *σοὶ παῖδές ἐσμεν· σαῖν χεροῖν τεθράμμεθα.*

[26] *ὅδ' ἀσκός, ὃς κεύθει νιν, ὅνπερ εἰσορᾷς* God. Herm., cuius vestigia ingressus Nauckius scripsit: *ὅδ' ἀσκός, ὃς κ. ν., εἰσορᾷς γέρον,* Hartungius: *τόνδ' ἀσκόν, ὃς κ. ν., εἰσορᾷς γέρον.*

[27] *ναὶ δὶς τόσον* libri mss.

v. 152. Pro codicum scriptura quae est: *φέρ' ἐκπάταξον, ὡς ἀναμνησθῶ πιών*, Musgravius „*φέρ' ἐκκάναξον κτλ.*", Pierson[28] „*φέρ' ἐγκάναξον κτλ.*" scripsit, quam coniecturam ut optimam omnes recentiores editores merito praeferendam censuerunt. Nam huius vocabuli memor Ulixes dicit v. 158:

μῶν τὸν λάρυγγα διεκάναξέ σου καλῶς:

v. 153. *ὡς καλὴν ὀσμὴν ἔχει.* Omnes fere interpretes, quia Ulixes respondet: *εἶδες γὰρ αὐτήν:* hunc versum habent corruptum. Reiskius scribendum putavit: *ὡς καλὴν μορφὴν ἔχει*, quam coniecturam G. Hermannus, quod nimis inepte loquentem faceret Silenum, improbans, quin Euripides scripserit: *γεῦσιν ὡς καλὴν ἔχει*, non dubitavit ex his Antiatticistae[29] verbis: „*γεύεσθαι. οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ ἐσθίειν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ ὀσφραίνεσθαι, ὡς ἐν τῷ βίῳ γεύεσθαι μύρων. Εὐριπίδης Κύκλωπι.*" rem satis perspicuam esse ratus. Quod iudicium etiam Hartungius facit, qui, quamquam monet *ἰδεῖν* plerumque idem significare quod „usu experire" ideoque ita locum posse explicari, tamen Hermanni emendationem praeferendam censet. Ex iis, qui codicum scripturam servant, Frankius solus exponit, cur ita scripserit. Sed Ulixem propterea ex Sileno quaesivisse: *εἶδες γὰρ αὐτήν:* quod *ὀσμήν* vocaverit *καλήν*, vix est credibile. Iure igitur hanc interpretationem iam G. Hermannus ut ineptam et frigidam repudiavit. Equidem alia interpretandi ratione usus forsitan probabilem sententiam eruerim. Nam Hermanni coniectura quamvis ingeniosa illis Antiatticistae verbis, quae non pertineant ad vocabulum *γεῦσιν*, non videtur satis affirmata. „Hunc igitur tantum versum, quo Euripides in Cyclope *γεύεσθαι* de olfaciendo dixerit, esse relictum" nego. Illa Antiatticistae verba in versum 155:

γεῦσαί νυν, ὡς ἂν μὴ λόγῳ 'παινῆς μόνον,

sunt referenda atque altera sententia ex altera sic apta est et nexa. Ulixes, ut Silenus vinum possit gustare, ad socios se confert utrem allaturus, quo accepto, Huc vide! inquit. Silenus autem quamvis remotus sit ab Ulixe, vix ut vinum possit olfacere, tamen quasi praesagiens, quale sit, se vinum iam olfacere credit exclamans: Hercle, quam bonum habet odorem! Cum igitur Ulixes, num ille re vera vinum possit odorari, vehementer dubitans per iocum interroget: „Vidistine odorem?" Silenus tali quaestione offensus respondet: *οὐ μὰ Δί' ἀλλ' ὀσφραίνομαι.* Neque vero rem ita esse ratus Ulixes, dum poculum ei tribuit, „Nunc olfacias quaeso, inquit, ne verbis solis vinum collaudes". Cuius vini odore inflammatus ille exclamat:

Βαβαί· χορεῦσαι παρακαλεῖ μ' ὁ Βάκχιος,

deinde autem poculo epoto his tantum exclamationibus utitur: *ἀ ἀ ἀ.* Hanc interpretandi viam proponam.

v. 163. *δράσω τάδ' ὀλίγον φροντίσας γε δεσποτῶν*
ὡς ἐκπιεῖν γ' ἂν κύλικα μαινοίμην[30] *μίαν*

---

[28] Verisim. p. 143.
[29] cf. Bekkeri Anecd. p. 87, 31.
[30] *βουλοίμην* Musurus. G. Herm.

πάντων Κυκλώπων ἀντιδοὺς βοσκήματα,
ῥίψαιμ'[31] ἐς ἅλμην λευκάδος πέτρας ἄπο
ἅπαξ μεθυσθεὶς[32] καταβαλών τε τὰς ὀφρῦς.[32]
ὡς ὅς γε πίνων μὴ γέγηθε μαίνεται·
ἵν' ἔστι τουτί τ' ὀρθὸν[33] ἐξανιστάναι
170. μαστοῦ τε δραγμὸς καὶ κατεσκεπασμένου[34]
ψαῦσαι χεροῖν λειμῶνος ὀρχηστύς[35] θ' ἅμα
κακῶν τε λῆστις. εἶτ' ἐγὼ οὐκ ὠνήσομαι[36]
τοιόνδε πῶμα τὴν Κύκλωπος ἀμαθίαν
κλαίειν κελεύων καὶ τὸν ὀφθαλμὸν μέσον;

Hartungius quidem librorum scripturam *μαινοίμην* servat, sed quod ante participium quod sequitur *ἀντιδούς* negationem *μή* addit, falso sententiam videtur intellexisse. „*Der Sinn ist*, inquit, *ὡς μαινοίμην ἄν indem ich ein Narr wäre, μὴ ἀντιδούς wenn ich nicht die ganze Heerde des Cyclopen dafür hingäbe*, [*ὥστε*] *ἐκπιεῖν μίαν κύλικα um auch nur einen Becher auszutrinken und meinetwegen dann mich in's Meer werfen zu lassen, wenn ich mich nur einmal habe berauschen dürfen.*“ Sed optativo cum particula *ἄν* coniuncto minime id quod fieri n o n potest, sed quod fieri p o t e s t significatur. Si igitur Silenus illis verbis utitur *μαινοίμην ἄν*, se tanta insania affici posse profitetur, ut omnium Cyclopum pecora pro uno poculo illius vini pleno dare non dubitet. Quae sententiae inter se sic coniunctae sunt: „insanire possim et bibendi caussa omnium Cyclopum pecora rependere“, unde participium *ἀντιδούς* optativi locum tenere elucet. Quam interpretandi viam Kirchhoffius quoque ingressus videtur esse, cum *ῥίψας τ'* scriberet. Ego *ῥίψαιμ'* scribere malim, ut respondeat verbo *μαινοίμην*. Silenus a minore ad maius procedit: ut bibere possit, primum omnia dare vult, quae sua non sunt, deinde suam offert vitam. Accedit quod hac interpretandi ratione quaedam enuntiatorum similitudo efficitur, quam cum a ceteris fabularum scriptoribus tum ab Euripide saepius usurpari constat. Verbum *ῥίπτειν* sine accusandi casu positum esse forsitan quempiam offenderit: invenitur autem apud Euripidem ita usurpatum „*sich werfen, sich stürzen*“ Alc. 897: *τί μ' ἐκώλυσας ῥίψαι* [sc. *ἐμαυτόν*] *κτλ.* Hel. 1325: *ῥίπτει* [sc. *ἑαυτήν*] *δ' ἐν πένθει πέτρινα κατὰ δρία πολυνιφέα.* cf. Theogn. 175. Conferri possunt cum hoc verbi *ῥίπτειν* usu alia verba, velut *κρύπτειν*, [Eur. Phoen. 1117: *τὰ δὲ κρύπτοντα δυνόντων μέτα.* cf. Soph. El. 826] *ἀνακαλύπτειν* [Eur. Or. 294: *καὶ νῦν ἀνακάλυπτ' ὦ κασίγνητον κάρα.*] cf. Erfurdt ad Soph. Ant. 497.

---

31 *ῥίψαι τ'* BC sec. app. Parr. *ῥίψας τ'* Kirchh. *ῥῖψαι* G. Herm. *πίπτειν* Hart.

32 *μεθυσθεῖς* et *ὀφρύς* a pr. m. B.

33 *τοὔρθον* libri, corr. Seidler.

34 *παρεσκευασμένου* a pr. m. B. *παρεσκεπασμένου* G. Herm. *περισκεπασμένου* Iacobs.

35 *ὀρχηστύος* libri, corr. Canter.

36 *ἐγὼ κυνήσομαι* B, sic etiam app. Parr., sed in altero adscriptum: *οὕτως ἦν ἐν τῷ παλαιῷ* [i. e. C]: *ἐγὼ υκηνήσομαι.* corr. Tyrwhittus.

παρεσκευασμένου ψαῦσαι λειμῶνος G. Hermanno, quocunque modo quis interpretetur, nimis obscoenum et foedum videtur esse. Sed quid Sileno paullo ante dicenti: *ἵν' ἔστι τοντί τ' ὀρθὸν ἐξανιστάναι*, tam potest esse obscoenum, ut dicere non audeat? Hermannus scripsit *παρεσκεπασμένου*, ego potius, si opus sit, *κατεσκεπασμένου*.

Restat quaestio de verbis *εἶτ' ἐγὼ νκηνήσομαι* orta. Etsi negationem *οὐ* vel *οὐκ* inserendam esse ex litteris quae antecedunt apparet, tamen, quid statuendum sit de verbo *κηνήσομαι* s. *ηνήσομαι* non liquet. Hermannus et Hartungius *κυνήσομαι* scribendum putant. Quod mihi verbum in sententiam quadrare non videtur: poculum quidem suaviari possis, minime potum. *Πῶμα* autem semper significat potum, nam quo in loco [Ion 1212: *καὶ πῶμα χειρὸς σῆς ἐδεξάμην πάρα*] aliter explicandum esse putant, eo usitata quoque significatione servata potest intelligi. Ceterum hac in re Hartungius errat, quod Silenum versu 173 facit bibentem. Cum enim Ulixes denuo vinum non infundat, Silenus omnibus modis id agit, ut pactione quadam facta vini quam plurimum accipiat. Sententia igitur verbum postulat, quo Silenus se nunc cum Ulixe pactionem esse facturum indicet, ut iam verbis ineunte sermone positis „*δράσω τάδ'*" declarat[37]. Itaque Tyrwhittium recte *εἶτ' ἐγὼ οὐκ ὠνήσομαι* coniecisse arbitror.

Versus qui sequuntur, quibus personis sint tribuendi adhuc sub iudice lis est. In libris mss. versibus 175. 177. 179—192 Sileni nomen est praepositum, nisi quod in apographo Par. altero, quo usus est Musurus, Sileni persona v. 188 est omissa, versui 193 Ulixis, vv. 203. 215. 217. 219 Sileni. Recte iam Tyrwhittius animadvertit vv. 175. 177. 179—187 chori esse: „abiisse enim Silenum, ut afferret quae paullo post rediens v. 188 ss. tradat Ulixi". Huc accedit quod Ulixes dicit: *φίλοι γε προςφέρεσθε*, quibus verbis complures i. e. chorum, minime Silenum, potest alloqui, deinde quod de rebus Troianis, quas nunc ex eo quaesituri sunt Satyri, iam cum Sileno v. 107 ss. disputaverat. Evidentissime autem res patet e versibus 179—192, qui eiusdem personae esse non possunt. Haud dubie duas in partes sunt dividendi, quarum altera vv. 179—187 complectens choro, altera vv. 188—192 continens Sileno est tribuenda. Cum enim Silenus v. 163 se omnia quae Ulixes velit paraturum esse dicat, nihil est veri similius quam eum illis versibus dictis in antrum abiisse, ex quo postea lacte et caseo et ovibus nonnullis collatis venit indicans omnia Ulixi eiusque sociis esse parata. Posteriorem versuum partem Sileni esse praecipue his demonstratur verbis [192]:

βότρυος ἐμοὶ πῶμ' ἀντιδόντες εὐίου,

quae a choro, quippe qui ex illo vino voluptatem omnino non acceperit, proferri non possunt. Silenus illo praeclarissimo vino et bibendi cupidine tam inflammatus et in

---

[37] Hac in re Spengel mecum consentit; cf. Eos. Süddtsch. Ztsch. f. Phil. u. Gymn. 1864. p. 190.

vino emendo tam occupatus est, ut Cyclopem venientem non videat. Quamvis Ulixes quoque id praecipue agat, ut quam celerrime negotium conficiat, tamen pro vigilantia et calliditate sua omnia circa se observat atque illum conspicatus exclamat:

οἴμοι· Κύκλωψ ὅδ' ἔρχεται· τί δράσομεν;
ἀπολώλαμεν γάρ, ὦ γέρον· ποῖ χρὴ φυγεῖν;

quorum versuum priorem omnes recentiores interpretes praeter Spengelium[38] quod sciam, aut Sileno attribuunt aut choro. Sed iam Hartungius, qui Sileno hunc versum tribuit, in altero particulam *γάρ* ferri non posse declarat ideoque *τἄρ'* scribit. Ad quam emendationem confugiendum non est, si utrumque versum libros mss. secuti Ulixi tribuamus, qua ratione, ut bene procedat sermo, efficimus: Hei mihi, iste Cyclops venit, quid faciemus? Periimus enim, o senex; quo oportet fugere? Hermannus animadvertit Ulixi propterea priorem versum non convenire, „quod ille non ante visis Cyclopibus non poterat scire Polyphemum esse", sed cum v. 130 Silenus ad Ulixem dixisset:

φροῦδος πρὸς Αἴτνῃ θῆρας ἰχνεύων κυσίν,

hic e canibus comitantibus et singulari monstri illius forma ac figura poterat, quis esset, suspicari.

Versum 203 Cyclopis sermoni adiciendum esse censuit Tyrwhittius. Sed Sileni est, qui Ulixem inconsiderate agere arbitratus, ne vinum amittat verens his verbis: *ἄνεχε, πάρεχε* vehementer, ut suum [v. 197] consilium prius sequatur monet, quam Cyclops adveniat. Quod facere cum Ulixes iterum recuset silentio, iratus Silenus *τί τάδε:* inquit, *τίς ἡ ῥᾳθυμία:* „quid hoc est? quae socordia!" Tum Cyclopis adventu re infecta in antrum se recipit periculum quo modo astute effugiat secum meditans, quam ob saussam ab illo simul cum Ulixe eiusque sociis postea demum [v. 226] conspicitur. Itaque non Sileno, sed choro vv. 215. 217. 219 tribuendi sunt. Chori hos versus esse iam e Cyclopis verbis elucet:

v. 220: ... *ἐπεί μ' ἂν ἐν μέσῃ τῇ γαστέρι*
πηδῶντες ἀπολέσαιτ' ἂν ὑπὸ τῶν σχημάτων,

quae si ad Silenum solum essent directa intelligi non possent.

Iam vero ad singula transeamus.

v. 175. *ἄκου', Ὀδυσσεῦ, διαλαλήσωμέν τί σοι.* Futurum tempus, quod in ap. Par. altero legitur, cum Satyri, quid faciendum sit, Ulixis arbitrio permittant, id quod e versu sequenti apparet:

καὶ μὴν φίλοι γε προσφέρεσθε πρὸς φίλον,

ad sententiam minus est aptum. Imperativus *ἄκουε* coniunctivo, qui exhortandi habet vim, eodem modo est adiunctus atque *φέρε, ἄγε, ἰθι*[39], cuius constructionis exempla e tragicorum operibus collecta profert Elmsleius ad Eur. Bach. 341. Heraclid. 559. Med. 1242.

---

[38] cf. Eos l. c.

[39] cff. Krueger Gr. Gr. I § 53, 7, 2. § 54, 2, 1. Matthiae Gr. Gr. § 516.

v. 179. *οὔκουν ἐπειδὴ τὴν νεᾶνιν εἵλετε κτλ.* Quod Satyri ex iis quae antecedunt exspectant, ut Ulixes ea quae dicunt sit affirmaturus[40], *οὔκουν* „nonne ergo" praeferam.

v. 182. .... *ἢ τοὺς θυλάκους τοὺς ποικίλους*
περὶ τοῖν σκελοῖν ἰδοῦσα καὶ τὸν χρύσεον
κλοιὸν φοροῦντα περὶ μέσον τὸν αὐχένα
ἐξεπτοήθη, κτλ.

In his versibus a participio *φοροῦντα* aut ea tantum verba pendent quae sequuntur: *τὸν χρ. κλ. π. μέσον τ. αὐχένα*, aut ea quoque quae antecedunt: [*ἰδοῦσα*] *φοροῦντα τοὺς θυλάκους τ. π. περὶ τ. σκ. καὶ τὸν κλοιόν κτλ.* Quarum interpretationum neutra mihi probatur: altera non solum ob verborum collocationem, sed etiam ob diversam praepositionis *περί* structuram in eodem enuntiato usurpatam, altera, quod Euripidem res tam diversas coniunxisse nego: „Helena cum vestes varias circa crura videret et [virum] aureum torquem circa medium collum ferentem, attonita obstupuit". Quam perverse et stolide dictum! Chorus h. l. demonstrat Helenam, quae Paridis forma ac figura vestibus variis omnibusque ornamentis instructa, ut coniugem relinqueret, esset commota, gravissimam poenam perferre oportere. Itaque Euripidem pro participio *φοροῦντα* aliud vocabulum scripsisse arbitror, qualis ille torques fuisset, significans. Eadem fortasse de caussa iam Wakefieldius[41] scripsit „*φανόντα*", Daniel Goesius in observationibus ad editionem Hoepfnerianam[42] „*φοροῦσα*". Ego *φαροῦντα* proponam, quod vocabulum Hesychio teste idem significat quod *λαμπρύνοντα*[43].

v. 202. *ἢ ζῶντες αἶνον τὸν πάρος εὖ σώσομεν.* Interpretum pars libros mss. sequitur, quorum alter [B] scripturam exhibet a me praepositam, alter [C] particulam *γέ* inter vocabula *πάρος* et *εὖ* inserit, pars „*εὖ*" delendum censet, pars denique verba emendare conatur, velut Hartungius, qui et particulam *γέ*, quae ad sententiam apta non sit, improbans et vocabulum *εὖ*, quod neque cum verbo *σώζειν* neque cum metro congruat, reiciens scribit:

ἢ ζῶντες αἶνον τὸν πάροιθε σώσομεν.

Quam coniecturam paullo mutatam „*πάροιθ' ἐκσώσομεν*" Kirchoffius recipit.

Cum gradatio quaedam non insit in his verbis, sed potius utrumque enuntiatum idem valeat, ego quoque particulam *γε'* — fortasse e littera subsequenti E ortam — deleverim. Sed adverbium *εὖ* tantum abest, ut otiosum sit, vel a sententia alienum, ut ad sententiarum rationem conveniat optime atque ab Euripide ob dictionem „*εὖ-*

---

[40] cff. Herm. ad Vig. p. 795. Buchwald, De *ἦ* et *οὔκουν* particularum apud Graecos poëtas tragg. usu. Diss. inaug. Vratisl. 1865. p. 37.

[41] Silv. crit. IV, 195.

[42] Norimb. 1799. p. 72.

[43] *φαρῶσαι* = *ἀρόσαι, νεῶσαι. λαμπρῦναι.*

γενῶς καθανούμεθα" consulto sit positum: „*gloriose moriemur aut gloriose vincemus*". Et mortem et vitam Ulixes sibi futuram esse sperat rebus a se ante gestis haud indignam. Non enim servatum se cupit, sed honeste honorifice servatum. Itaque „*εὖ*" verbi quod est *σώσομεν* additamentum arbitrer necessarium.

v. 203. Sileno, qui hoc unum studet, ut vinum bibat, Ulixis verba, in quibus nimium tempus consumatur, inania videntur esse. Itaque iratus et spe pluris vini quasi bacchans exclamat: *ἄνεχε, πάρεχε.* Quae verba, ubicunque inveniuntur, bacchantis sunt vel cupiditate animi quadam affecti. Sic senex ebrius et bacchans in Aristoph. Vesp. v. 1326 hac dictione utitur. cf. Av. 1720. Similiter apud Euripidem in Troad. v. 308 Cassandra loquitur furibunda et facem gestans:

ἄνεχε, πάρεχε, φῶς φέρε· κτλ.

In omnibus locis hac formula, quidquid supples, is ad quem est directa, impellitur, ut eadem voluptate vel gaudio fruatur. Postquam igitur Silenus quasi bacchans haec verba dixit, Cyclops apparet interrogans: *Τί βακχιάζετε;* Si versus 203 Sileni esse negatur, me non satis intelligere confiteor, quomodo Cyclops bacchandi verbo possit uti.

In Cyclopis sermone, qui versibus 204—211 continetur, tria sunt, de quibus, quod magni momenti non sunt, perpauca addere liceat. Quaeritur enim v. 207, utrum *ἤ* [C sec. app. Parr.] an *ἦ* [B], deinde, utrnm *γέ* [C] an *τέ* [B] scribendum sit, denique Elmsleius rectene animadverterit ad Eur. Heracl. 824 femininae formae numerum pluralem vocabuli *πλευρά* plane exterminandum esse e tragicorum operibus. Ac primum quidem *ἦ* scribendum censeo, quod interrogatio non est duplex sive, ut grammatici dicunt, disiunctiva, sed altera alteram accuratius explicat. Utuntur quidem Graeci in his quoque interrogationibus vocula *ἤ* quasi corrigentes vel emendantes, sed semper tales interrogationes dubitationis aliquid habent, semper qui respondet rem ita se habere negat. *Ἦ* etiam in sententiis interrogativis primitivam suam significationem „profecto, sane" retinet et qui hac particula utitur scire vult, num „profecto, vere" ita res se habeant: multum eius interest, ut affirmetur id quod interrogat. Unde fit, ut saepissime coniungatur cum particulis *ἄρα, γάρ, δή, μήν*[44]. — Deinde *πρός τε* tenendum esse non tam e particula *καί* quae sequitur quam ex ipsis notionibus, quae arctissime cohaereant, elucet. Itaque codicis B scripturam:

ἦ πρός τε μαστοῖς εἰσι χὐπὸ μητέρων
πλευρὰς τρέχουσι κτλ.

ceteris praeferendam censeo. — Denique Elmsleii opinionem iam satis refutatam videmus a G. Hermanno ad Soph. Ai. 1389. Consentiunt enim aliquot locis omnes libri mss. in plurali femininae formae numero, ut Aesch. Eum. 846. 879. Prom. 71. Soph. Trach. 768. 1053. Eur. Herc. fur. 53. 1100. Iph. Taur. 298, ubi metrum, quominus cum Elmsleio statuamus, obstat.

---

[44] cff. Baeumlein, Untersuchungen über griech. Partikeln p. 122. Buchwald l. c. p. 2. 4. Devarii lib. de Gr. ling. part. ed. R. Klotz I p. 93. Hartung l. c. I. 285. 443. II. 62 ext. 372. 376.

v. 213. *τά τ' ἄστρα*[45] quin scribendum sit, quoniam hic versus ter commemoratur ita scriptus[46], vix dubitaverim.

v. 222 ss. Cyclops propius ad antrum accedens tandem Ulixem eiusque socios conspicatus, cum nonnullos agnos atque caseos videat collatos, se ab illis privatum putat eaque eius opinio Sileni appropinquantis facie confirmatur, quae et vino et apportandi labore calefacta tumet. Cuius rei caussam nesciens veram Cyclops Silenum ab advenis vapulasse iudicat. Is autem, qua est astutia, statim hanc rem ita esse simulat minas commemorans, quas, nisi quae peterent dedisset, in ipsum Cyclopem iecerint. Quo facto Polyphemus admodum credulus illos mactare instituit.

Silenum igitur minas quibus advenae in dominum usi essent narrantem haec dixisse libris mss. est traditum:

— — — — — — — *δήσαντες δὲ σὲ*

v. 235. *κλῷῳ τριπήχει κἆτα τὸν ὀφθαλμὸν μέσον*
τὰ σπλάγχν' ἔφασκον ἐξαμήσεσθαι βίᾳ κτλ.

Κἆτα ferri non posse verborum coniunctio docet. Itaque iam Canterus *κατά*, Scaliger praeterea *ὀμφαλόν* scribendum censuit. Verba „*κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν μέσον*", si cum Cantero faciamus, aut ad vocabulum *δήσαντες* aut ad „*ἐξαμήσεσθαι*" possint referri. Utraque interpretatio optime quidem in Silenum convenit, qui Cyclopem incitaturus iocose quae fieri omnino non possunt confabulatur; sed ne ille iam initio modum nimis egredi videatur in depingendis suppliciis, quae excogitata esse dicit ab advenis, *κάρτα*[47] scribere malim. Verba enim *τὸν ὀφθαλμὸν μέσον* cum pro Cyclopis natura gravissima sint et iam supra [v. 174.] a Sileno cum vi quadam commemorentur, dubito, num mutanda sint. Praeterea si „*κάρτα*" scribimus, duae illae notiones et vinciendi et exscindendi aeque sibi respondent, utraque singulari vocabulo accuratius definitur: *δήσαντες κάρτα — ἐξαμήσεσθαι βίᾳ.*

v. 237. *μάστιγι ..... ἀποθλίψειν.* Casaubonus „*ἀποδρύψειν*" coniecit, Ruhnkenius, quem plerique recentiores editores secuti sunt, *ἀπολέψειν.* Sed iure G. Hermannus ad hunc locum adnotat: Tam variis modis talia dici solent, ut ego quidem non mutandam censuerim scripturam librorum.

v. 240. .... *ἢ πυλῶνα καταβαλεῖν.* Nisi forte his verbis munus custodis ianuae, quo servi fungi solebant, significari putemus, Ruhnkenii[48] coniectura *ἢ 'ς μυλῶνα καταβαλεῖν* maxime probabilem iudicemus.

---

[45] *καὶ τ' ἄστρα* libri mss.

[46] cff. Bekker, Anecd. p. 1433. Cramer, Anecd. Vol. II p. 280, 16. Draco Stratonic. p. 17, 24. et 106, 7.

[47] cff. Eur. Alc. 811. Hipp. 90. 462. 472. 700. 1041. Med. 222. 328. 1196. 1376. Suppl. 305. Troad. 302.

[48] Epist. crit. II p. 208.

v. 243—245 sic scripserim:

— — — — ὡς σφαγέντες αὐτίκα
πλήσουσι νηδὺν τὴν ἐμὴν ἀπ' ἄνθρακος
θερμὴν ἑδοντος δαῖτα τῷ κρεῶν νόμῳ.

Cum quae tradita sunt: ᾧ σφαγέντες [BC] πλήσουσι νηδὺν τὴν ἐμὴν ἀπ' ἄνθρακος | θερμὴν ἑδοντος δαῖτα τῷ κρεανόμῳ [C] nemo possit intelligere, interpretes omnibus modis hunc locum temptaverunt, ut coniecturas enumerare longum sit. Hoc unum „ὡς", quod in ap. Par. alt. legitur, pro „ᾧ" scribendum esse omnes concedunt. Cum vix liceat credere, quod Matthiaeo visum est, duas a poëta constructiones confusas esse: νηδὺν τὴν ἐμὴν ἑδοντος τοῦ κρεανόμου et νηδὺν ἐμοὶ τῷ κρεανόμῳ aut ἑδοντος aut τῷ κρεανόμῳ falso esse scriptum apparet. Quo in vocabulo lateat vitium, fortasse chori verba demonstrant, quibus [v. 374] describit Cyclopem ratione quadam in calidis hominum carnibus devorandis uti solere:

ἑφθά τε δαινύμενος μυσαροῖσιν ὀδοῦσιν
ἀνθρώπων θερμ' ἀπ' ἀνθράκων κρέα.

Qua de re mihi videor recte facere, si ἑδοντος h. l. ab Euripide esse scriptum arbitror. Ex iis quae sequuntur τὰ δ' ἐκ λέβητος ἑφθὰ καὶ τετηκότα colligendum esse putavi Cyclopem hoc loco carnium genera, quae devoraturus sit, distinguere: se partem ex prunis calidam, partem e pelve seu lebete decoctam vel assatam esse sumpturum. Itaque scripsi τῷ κρεῶν νόμῳ „*nach Art und Beschaffenheit der Fleischstücke*".

v. 247. ὡς ἐκπλεώς γε δαιτός εἰμ' ὀρεσκόου recte iam a Stephano pro codicis scriptura quae est δαιτὸς ἡμεροσκόου emendatum esse, qui versus subsequentes respexerint, intelligent.

Versum 252: ἄλλοι πρὸς ἄντρα τὰ σ' ἀφίκοντο ξένοι cum L. Dindorfio sic mutaverim: ἄλλοι .... τὰ σά γ' ἀφ. ξ., quae coniectura proxime ad codicum scripturam accedat.

v. 254. ἡμεῖς βορᾶς χρήζοντες ἐμπολὴν λαβεῖν
σῶν ἄσσον ἄντρων ἤλθομεν νεὼς ἄπο.

Qui hunc locum emendandum statuerunt, eos verborum aut coniunctio fefellit velut Lentingium[49], qui scribendum censet: ἡμεῖς βορᾶς χρήζοντες ἐμπολῆς λαβεῖν i. e. ἡμεῖς χρήζοντες βορᾶς [ὥστε] λαβεῖν [αὐτὴν] ἐμπολῆς, aut significatio, velut Piersonem[50], qui hanc profert coniecturam: βορὰν χρήζοντες ἐμπολῆς λαβεῖν „nos cupientes cibum pro mercibus accipere". Sed h. l. neque ἐμπολή significat „merces", qua in re alter cum altero consentit, neque genetivum βορᾶς cum verbo χρήζοντες coniungi licet. Ἐμπολή est „emptio", βορᾶς ἐμπολή igitur „cibi emptio", qua significatione Euripides utitur in Iph. Taur. 1111: ζαχρύσου δὲ δι' ἐμπολᾶς | νᾶσον βάρβαρον ἦλθον, Xenophon in Cyrop. lib. VI, 2, 39: ἐμπολὴν λαμβάνειν = ἐμπολᾶν, cuius dictionis simil-

---

[49] ad Med. p. 94.
[50] ad Moerid. p. 155.

limae inveniuntur apud Graecos haud paucae, velut *αἰδῶ λαμβάνειν* [= *αἰδεῖσθαι*] Soph. Ai. 345. *ἀρχὴν λαμβάνειν* Eur. Iph. Aul. 1124. *ὀργὴν λαμβάνειν* Suppl. 1050. *ὕψος λαμβάνειν* Thuc. I, 91. *αἵρεσιν λαμβάνειν* Demosth. p. 947 l. 18 [Phorm. § 11]. Itaque locum sic censeo interpretandum: „nos cibi emptionem facere cupientes prope antra tua venimus".

v. 258. *κοὐδὲν ἧν τούτῳ βίᾳ.* Iam Barnesium levissima unius litterae mutatione recte coniecisse *κοὐδὲν ἧν τούτων* [*ΤΟΥΤΩΙ* = *ΤΟΥΤΩΝ*] *βίᾳ* inter omnes constat.

v. 260. *ἐπεὶ κατελήφθη σου λάθρα.* Ulixem, quem tragicis numeris[51] uti oporteat, ita non esse locutum, vitium igitur in verbo *κἀτἐλήφθη* quaerendum omnes fere interpretes concedunt. Error unde fluxerit et quo modo codicis scriptura non admodum neglecta vitandus sit, difficillimum est eruere. Optima Heathii coniectura „*ἐπεί γ' ἐλήφθη*" quod non sit veri simile, ut *ἐπεί γ' ἐλήφθη* in *ἐπεὶ κατελήφθη* mutatum fuerit, refutata G. Hermannus scripsit: *ἐπεὶ οὐκ ἐλήφθη σοῦ λάθρα πωλῶν τὰ σά:* Cui quominus assentiamur, sententiarum impedit ratio, cum a Polyphemo furtum illud non sit detectum. Fortasse scribendum est: *ἐπεὶ κατείρχθη* „quod retentus, prohibitus est".

v. 261. *ἐγώ; κακῶς γὰρ ἐξόλοι'* — Kirchhoffius *κακῶς γ' ἄρ'* scribendum censet, Lentingius, quocum Hartungius facit, *κακῶς ἄρ'*. Hic[52] particulam *γάρ* demonstrat in exclamationibus non inveniri nisi in responsis, quibus id quod antecedat affirmetur. Et recte quidem Hartungius videtur animadvertisse, sed falso hunc locum intellexisse. Silenum enim arbitror fraudulentae mercaturae accusatum verba *κακῶς γὰρ ἐξόλοι'* — in se ipsum referre voluisse, ut e v. 268:

. . . . . *ἢ κακῶς οὗτοι κακοὶ*
οἱ παῖδες ἀπόλοιντ', οὓς μάλιστ' ἐγὼ φιλῶ.

conicio, Ulixem autem sermone verbis „*εἰ ψεύδομαι*" interrupto in se vertisse. Itaque *T* litteram excidisse atque Euripidem sic scripsisse contendo:

ΣΕΙΛ. ἐγώ; κακῶς γὰρ ἐξόλοιτ' — *ΟΔ. εἰ ψεύδομαι.*

Silenus dicturus est: *κακῶς γὰρ ἐξόλοιτ' ἐμὸν δέμας* s. *χεὶρ ἐμή*, sed Ulixes in hominem tam mendacem vehementer inflammatus verbis eius obloquitur in se detestationem referens, si mentitus sit.

v. 265. ... *καθ' ἱερὰ κύματ' ἰχθύων τε πᾶν γένος.* Quod codice traditum est, sive *μά θ'* scribimus sive *μὰ θ'*, iure ab interpretibus improbatur. Itaque G. Hermannus, qui credat neque quempuam *μά τε* dixisse, neque *ἱερὰ κύματα* sine articulo ferri posse, coniecit „*τά θ' ἱερά*". Si vero *μὰ θ'* legimus desunt exempla, quibus demonstretur hanc elisionem omnino fuisse usitatam. Cum autem antea Sile-

---

[51] cff. G. Hermanni Epit. doct. metr. § 149. 153. Rossbach u. Westphal, Griech. Metr. p. 191.
[52] Hartung, Lehre v. d. gr. Part. I p. 477.

nus bina numina implorans non solum articulo, sed etiam vocula *μά* repetita utatur, eum in postrema undarum ac piscium imploratione hac vocula non usum esse negaverim. Quare codicis scriptura reiecta sententiarum rationem reperiamus oportet aliam. Cum igitur Nereidum semper in mari habitantium mentionem faciat Silenus, verba quae sequuntur ad earum domicilia pertinere veri simile est. Itaque scripsi:

μὰ τὴν Καλυψὼ τάς τε Νηρέως κόρας
καθ' ἱερὰ[53] *κύμαι' ἰχθύων τε πᾶν γένος*
ἀπώμοσ' κτλ.

„per Calypso et Nerei puellas in sacris fluctibus et piscium totum genus iuro" . . .

v. 273. *ψεύδεσθ'· ἔγωγε τόνδε τοῦ Ῥαδαμάνθυος,*
πόλλ' ὡς πέποιθα, καὶ δικαιότερον λέγω.

Verba quae in codice leguntur: *ψεύδεσθ'· ἔγωγε τοῦδε τοῦ Ῥαδαμάνθυος | πολλὰ πέποιθα κτλ.*, ut emendarent, omnibus modis mutaverunt interpretes, quos referre singulos inutile est. Stephani tantum mentionem faciam, qui *τόνδε* et *πολλῷ* in veteri codice esse ait et Reiskii, qui hanc probans scripturam interpretatur: „ego vero persuasus sum et edico hunc Silenum esse multo iustiorem quam ipse Rhadamanthus est". Sed vix est credibile vocabulum *πολλῷ* ab Euripide ita esse collocatum. Neque aliter hac de re videtur sensisse Reiskius ipse, quoniam „defendi tamen vulgatam posse dicit per ellipsin particulae *μᾶλλον*". Mea quidem sententia in archetypo fortasse sic scriptum fuit:

— — — *ἔγωγε τόνδε τοῦ Ῥαδαμάνθυος*
πόλλως [=ΠΟΛΛΩΣ] *πέποιθα κτλ.*

quibus in verbis indoctus quidam librarius *πόλλως* falso pro adverbio positum esse ratus „*πολλά*" scripsit et *τόνδε* ob genetivum qui sequitur in „*τοῦδε*" mutavit sibi persuadens Ulixem, quod iustum atque integrum se praedicaverit, Rhadamanthum a Cyclope appellari. Itaque scripsi: *ἔγωγε τόνδε τοῦ Ῥαδαμάνθυος, | πόλλ' ὡς πέποιθα, καὶ δ. λ.* „ego vero hunc, cum multum [ei] confidam, etiam iustiorem habeo quam Rhadamanthum."

v. 288. *μὴ τλῇς πρὸς ἄντρα σου γ' ἀφιγμένους φίλους κτλ.*

Codicis scriptura: *μὴ τ. π. ἀ. σοὺς ἀφ. φ.* duabus de caussis, quas primus protulit G. Hermannus, servari non potest. Iure enim contendit neque *ἄντρα* h. l. sine certiore descriptione dici, neque Ulixem eiusque socios, etsi ut amici, non inimici ad Cyclopem venerint, amicos Cyclopis posse appellari. Quare manifesto versus 252 memor:

ἄλλοι πρὸς ἄντρα τὰ σά γ' ἀφίκοντο ξένοι·

scripsit: *μὴ τ. πρὸς ἄντρα σά γ' ἀφ. φίλους.* Hartungius quod in illo versu coniecit

---

[53] De praepositionis *κατά* usu cff. Eur. Iph. Aul. 704. Iph. Taur. 438. Troad. 76.

σὰ τάδ', hoc quoque loco praefert: πρὸς ἄντρα σὰ τάδ' ἀ. φ. Equidem probabiliorem mihi invenisse videor coniecturam: πρὸς ἄντρα σου γ' ἀφ. φ., quae levissima litterarum mutatione sit effecta. Kirchhoffius, cui Nauckius adstipulatur, iniuria vocabulum ξένους „reposuit secluso glossemate solemni". Nam in iis quae sequuntur [vv. 290—296], cur ut amici ad Cyclopem venerint, accuratius exponit.

v. 290. ναῶν scribendum esse pro „νεῶν" iam Canterus vidit. Sane ab Aeschylo haec vocabuli forma alteri fere praefertur, nunquam autem neque a Sophocle neque ab Euripide. De navium stationibus omnino non cogitandum est, quod in omnibus locis, quorum postea fit mentio, templa erant Neptuni: in Taenari promontorio cff. Paus. III, 20, 2. 25, 4. Thuc. I, 128. Propert I, 13, 22. in Maleae cf. Paus. III, 23, 1. in Sunii cf. Aristoph. equ. 560. in Geraesti cff. ib. 561. Schol. ad Pind. Ol. XIII, 159. Strabo X, 446. Apollon. Arg. III, 1244[54]. Ceterum νεῶν et ναῶν vocabula confundi posse locus demonstrat ex Heraclidarum fabula desumptus:

v. 780. νέων τ' ἀοιδαὶ χορῶν τε μολπαί,

in quo libris traditum est ναῶν.

v. 291. ἱδρυσάμεσθα[55] iure Stephanus defendit, sive in libro quodam ms. re vera legit sive coniecit. Qui enim Ulixis sermonem cum Cyclopis [316—346] accurate comparaverit, is partes singulas sibi respondere facile intelliget. Cum igitur Cyclops in responsione eandem rem commemorans [v. 318] hoc verbo utatur, quin Ulixes quoque eo sit usus non dubito. Quod Hartungius dicit contra hanc scripturam „a Graecis illa Neptuni templa victis Troianis non condita, sed tantum a depopulatione defensa et servata esse" nihil valet ad refellendum. Nam Ulixes ostendit sibi suisque sociis parcendum esse, quod Graeci sint, qui Neptuno, Polyphemi patri, templa condiderint eique semper summam pietatem atque honorem praestiterint, non, quod Troiam everterint, cuius rei mentionem facit ut ab universa Graecia gestae. Rem ita se habere ex his versibus elucet:

297. ὧν καὶ σὺ κοινοῦ· γῆς γὰρ Ἑλλάδος μυχοὺς
οἰκεῖς ὑπ' Αἴτνῃ, τῇ πυριστάκτῳ πέτρᾳ.

quibus verbis quid aliud vult demonstrare nisi hoc: Tu quoniam ipse Graecus es, iisdem igitur frueris nobiscum honoribus ac virtutibus, Graecos tam male non tractabis?

Versus 293—295, quippe qui explicandi caussa ad dictionem „ἐν Ἑλλάδος μυχοῖς" additi sermonem quasi incidant, a ceteris ita distinguendos esse censeo:

. . . . ἱδρυσάμεσθα γῆς ἐν Ἑλλάδος μυχοῖς —
ἱερός τ' ἄθραυστος Ταινάρου μένει λιμὴν
Μαλέας τ' ἄκροι κευθμῶνες ἥ τε Σουνίου

---

[54] K. Fr. Hermann, griech. Monatsk. p. 51.
[55] εἰρυσάμεσθα cod.

δίας Ἀθάνας σῶς ὑπάργυρος πέτρα
Γεραίστιοί τε καταφυγαί — τά θ' Ἑλλάδος
δύςφρονά γ' ὀνείδη Φρυξὶν οὐκ ἐδώκαμεν·

unde efficitur, ut inter se coniungantur verba ἱδρυσάμεσθα et ἐδώκαμεν, quibus Ulixes declarare conatur se omnesque Graecos cum Cyclope esse connexos quibusdam amicitiae vinculis, quae revellere nefas sit. Itaque τέ vocula suum habet locum[56] neque cum Kirchhoffio in „δέ" mutanda est. Iam vero altera restat quaestio de verbo ἐδώκαμεν. Cum alibi nusquam διδόναι condonandi habet significationem aut cum Hartungio versum excidisse aut Euripidem aliter scripsisse statuendum est. Eadem de caussa iam Musgravius ἀντεδώκαμεν et novissimo tempore Kirchhoffius ἐξεπράξαμεν coniecerunt, e quibus coniecturis priorem multo faciliorem esse apparet. Cum autem mihi persuasum sit h. l. non aoristum sed perfectum tempus postulari, quod ea, quae superioribus temporibus a Graecis facta sunt [ἱδρυσάμεσθα], iis opponuntur, quae modo sunt perfecta atque ad finem perducta [Troia eversa], hanc proponam coniecturam: οὐ λελοίπαμεν „*wir haben die Schmach nicht unbezahlt, nicht ungerächt gelassen*". Ὄνειδος enim simili ratione atque δασμόν, φοράν al. cum verbo λείπειν coniungi posse contendam. Pro adiectivo „δύσφρονα", quo multi offenduntur interpretes, quamquam satis defenditur his locis:

Eur. Andr. 489: κτείνει δὲ τὴν τάλαιναν Ἰλιάδα κόραν
παῖδα τε δύςφρονος ἔριδος ὕπερ.

ib. 1041: . . . . . οὐχὶ σοὶ μόνᾳ
δύςφρονες ἐπέπεσον, οὐ φίλοισι, λῦπαι.

Soph. O. C. 202: ὤμοι δύςφρονος ἄτας.

tamen Euripidem δύςφορά[57] γ' ὀνείδη [sec. ap. Par. alterum] scripsisse arbitror, quae verba Cyclops exeunte sermone videtur mihi respicere dicens:

343: . . . . [λέβης] ὃς ζέσας
σὴν σάρκα δυςφόρητον ἀμφέξει καλῶς.

v. 299. νόμοι δὲ θνητοῖς, τίς λόγους ἀποστρέφῃ; | ἱκέτας δέχεσθαι κτλ. In explicandis vel corrigendis iis, quae nobis sunt tradita, νόμοις δὲ θνητοῖς εἰς λόγους ἀποστρέφῃ κτλ. varia temptaverunt interpretes. Scripturam νόμοις corruptam esse fere omnes concedunt, quare Musgravium secuti God. Hermannus, Hartungius, Nauckius „νόμος" scripserunt. Cum autem, ut iam supra dixi et novissimo tempore Spengelius[58] animadvertit, toto in hoc Ulixis sermone verba re-

---

[56] Hartung l. c. I, p. 103.

[57] cff. Eur. Alc. 616: . . . . ἀλλὰ ταῦτα μὲν
φέρειν ἀνάγκη καίπερ ὄντα δύςφορα.
Hec. 1085: ὦ τλῆμον, ὥς σοι δύςφορ' εἴργασται κακά.

[58] cf. Eos I, p. 192. Hanc proponit coniecturam:
νόμους δὲ θνητοὺς κεἰς λόγους ἀποστρέφου.

spicienda sunt, quae postea Cyclops facit [cf. v. 338], nescio an etiam hoc loco numerus praeferendus sit pluralis. Nominandi casum ab Euripide scriptum esse e versu 302:

οὐκ ἀμφὶ βουπόροισι πηχθέντες μέλη
ὀβελοῖσι νηδὺν καὶ γνάθον πλῆσαι σέθεν.

sequitur, quo in versu ad negationem quae est *οὐκ* ex superioribus aliquid supplendum esse apparet. Cum autem verbi notionem supplere non possimus, nihil restat nisi *νόμος ἐστί* vel potius *νόμοι εἰσίν*. Iam vero ceterorum coniecturis, quas deinceps enumerare longum est, neglectis explicabo, quibus caussis commotus scripserim: *τίς λόγους ἀποστρέφῃ;* Cum igitur in archetypo credam nominativum „*νόμοι*" scriptum fuisse, facile potuit fieri, ut *ΕΙΣ* pro vocabulo *ΤΙΣ* legens librarius quidam artis metricae imperitus *ΕΙΣΙ* scriberet, quod verbum alter numeros falsos esse ratus iterum in *ΕΙΣ* mutavit. Coniectura mea haec efficitur sententia: Sed leges sunt mortalibus, — quis contemnat earum rationem? — *auch Gesetze haben die Sterblichen, — wer möchte ihre Worte abweisen?*[59] — . . .

v. 313. Sileni consilium duas complectitur sententias, quarum altera est generalis: *τῶν κρεῶν μηδὲν λίπῃς τοῦδ'*, altera singularis caussam afferens, cur lingua quoque Cyclopi devoranda sit: *ἤν τε τὴν γλῶσσαν δάκῃς, κομψὸς γενήσει καὶ λαλίστατος, Κύκλωψ.* Totius consilii explicandi caussa particulam *γάρ*[60] addit Silenus, ut momentum haud parvum priori sententiae adiungat, particulam *τέ:*[61] *Ich will dir einen Rath geben: lasse nämlich Nichts vom Fleische dieses Menschen übrig; und wenn du seine Zunge gegessen haben wirst, Cyclop, wirst du ein sehr gewandter Redner werden.*"

Polyphemus quae respondet in iis eadem atque Ulixes divisione usus primum, quae ad deos, deinde quae ad homines pertinent, refellere conatur. Rem ita se habere non tam e sermonis initio apparet:

ὁ πλοῦτος, ἀνθρωπίσκε, τοῖς σοφοῖς θεός·
τὰ δ' ἄλλα κόμποι καὶ λόγων εὐμορφίαι,

quibus verbis sententiarum quasi summa continetur, quam e ratione, qua singulas partes reicere incipit: *χαίρειν κελεύω* [v. 319] — *κλαίειν ἄνωγα* [v. 340].

v. 318: *ἄκρας δ' ἐναλίας, ἃς καθίδρυται πατήρ,*
χαίρειν κελεύω· τί τάδε προὐστήσω λόγῳ;

His verbis a Cyclope quae Ulixes vv. 290—295 protulit reici nemo non videt. Sed inesse aliquid in iis necesse est, quo demonstretur Ulixis argumentationem falsam

---

[59] De hoc coniunctivi usu cff. Bernhardy W. S. p. 396. Krueger Gr. Gr. II, § 54, 2, 7. Matthiae Gr. Gr. § 516, 3.

[60] Hartung l. c. I, p. 469.

[61] Hartung l. c. I, p. 108.

esse, propterea quod Cyclops addit: *τί τάδε προὐστήσω λόγῳ;* „cur haec protulisti?“ Atque inest illa sententia, si *καθιδρύεσθαι* h. l. solitam condendi, exstruendi singnificationem habere statuamus: arces marinas, quas pater condidit, valere iubeo, i. e. noli commemorare arces marinas patris potentia conditas: quid haec ad te? cur haec profers? Qua de re non est, cur cum G. Hermanno scribamus „*ἃς κάθ' ἵδρυται πατήρ*“. Neque igitur Musgravius, Hartungius, qui *καθιδρύεσθαι* habitandi significationem amplecti putent, mea quidem sententia recte interpretati sunt. De dictione *χαίρειν κελεύω* cff. Eur. El. 400: *χαίρειν ἐῶ.* Herc. fur. 575: *χαιρόντων πόνοι.*

v. 321. *οὐδ' οἶδ' ὅτι Ζεύς ἐστ' ἐμοῦ κρείσσων θεός.* Cum Cyclops Iovem exsistere[62] agnoscat potestate quadam ac vi ornatum neque deum eum esse neget, sed sibi soli potestatem vindicet maiorem, Hartungius sine iusta caussa scripsit: *ὅτι Ζεὺς ἔστ' ἐμοῦ κρ. θ.*

v. 322. *οὔ μοι μέλει τὸ λοιπόν.* Neminem editorum explicuisse, dicit Fixius, quid sibi vellet *τὸ λοιπόν* „in futurum;“ mutandum esse in *τοσοῦτον* „non flocci“ facio. Errat et vehementer quidem: *τὸ λοιπόν* h. l. minime significat „in futurum“, sed subiectum est enuntiationis: reliquum mihi non cordi est. Nam in iis quae sequuntur reliquum illud, quod cordi sibi non sit, Cyclops accuratius exponit: *ὡς οὔ μοι μέλει ἄκουσον.* cff. 323—331.

Polyphemus Iovis auctoritati illudens primum quid tempestate coorta facere soleat, describit: se in antrum satis firmum recedere, cibo potuque quam maxime frui pietate erga Iovem adeo neglecta, ut etiam tonitru imitando eum irrideat. Hanc inesse sententiam quis est quem fugiat? Quae autem verba in codice leguntur:

— — — *ὅταν ἄνωθεν ὄμβρον ἐκχέῃ,*
ἐν τῇδε πέτρᾳ στέγν' ἔχω σκηνώματα
325. *ἢ μόσχον ὀπτὸν ἢ τι θήρειον δάκος*
δαινύμενος ἐν στέγοντι γαστέρ' ὑπτίαν
ἐπεκπιὼν γάλακτος ἀμφορέα πέπλον
κρούω Διὸς βρονταῖσιν εἰς ἔριν κτυπῶν.

ea ex parte corrupta esse nemo non videt. G. Hermannus solo vocabulo *ἔχω* in „*ἔχων*“ mutato reliqua sana esse ratus, quoniam aliquid deesse videatur, versum excidisse putat. Quod iudicium num rectum sit, dubitaverim. Vitiose enim scripta arbitror esse haec verba: *ἐν στέγοντι γαστέρ' ὑπτίαν | ἐπεκπιὼν γάλακτος ἀμφορέα πέπλον | κρούω,* in quae corrigenda et explicanda magnum studium multamque operam contulerunt interpretes. Iam Scaliger *εὖ στέγων τε* scribens viam quasi monstravit eamque alii sunt ingressi; nam *ἐν* in *εὖ* mutandum esse vix quemquam fugere potuit. Sed *στέγων* quominus probetur, verba obstant, quae paullo ante leguntur:

---

[62] cf. Hom. Od. I, 275 sq.

ἐν τῇδε πέτρᾳ στέγν' ἔχω σκηνώματα,

in quibus iam inest illa tegendi notio. Melius igitur placet, quod Iacobsio[63] visum est: στένων γαστέρα" ventrem implens carnibus, qua ratione Homericus ille Cyclops describitur, qui „μεγάλην ἐπλήσαιο νηδύν"[64]. Sed participio indicativum στένω τε cum Goesio praeferam, ita ut cum verbo praecedenti ἔχω cohaereat. Proximo versu Musgravius coniunctionem sententiarum qua opus est facillime videtur restituisse coniectura εἶτ' ἐκπιών, quae eo est probabilior, quod ἐπεκπίνειν verbum hoc uno loco invenitur. Denique haeremus in verbis πέπλον κρούω, quae, quocunque modo explicaveris, difficultatem quandam relinquent. Iacobsius βδόλον κρούω, Hartungius πίθον κρούω proposuit. Ante omnia in illa dictione explicanda vel emendanda id est spectandum, ut Iovis tonitrua Cyclops strepitu quodam imitetur. Itaque „πέπλον κρούω", sive pedendi notionem inesse putas sive obscoenam illam significationem, quam ex Catulli[65] et Horatii[66] carminibus novimus, intelligi prorsus non potest. Veri similius foret quod Hartungius scribit πίθον, nisi nomina idem significantia suspicionem moverent. Fortasse simplicius de antri parietibus cogitandum est, quos amphora epota ferit. Quare scripserim πέτρον.

v. 333. τίκτουσα ποίαν τἀμὰ πιαίνει βοτά. Sic in codice legitur et apud Plutarchum [de def. orac. 46 p. 435 B.], qui hunc et praecedentem versum affert. Sed quod Athenagoras [in Legat. pro Christ. p. 28. (103)] eosdem commemorans versus non τίκτουσα sed φύουσα scripsit, Valckenarius [ad Phoen. 34.] locum ita corrigendum esse censet. Quod iudicium affirmare cum codice prohibemur tum loco ex Euripide desumpto, in quo eandem fere dictionem invenimus:

Alex. frg. XII, 3. τὸ γὰρ πάλαι καὶ πρῶτον ὅτ' ἐγενόμεθα,
διὰ δ' ἔκρινεν ἃ τεκοῦσα γᾶ βροτούς, κτλ.

Cff. Eur. Heraclid. 898. Aesch. Choëph. 124. Arist. Nub. 1117. Plat. Menex. p. 337C.

v. 334. ἃ γὼ οὔτινι θύω πλὴν ἐμοί, θεοῖσι δ' οὔ,
καὶ τῇ μεγίστῃ γαστρὶ τῇδε δαιμόνων.

Quod Hermannus statuit in priore versu numeros laesos esse ideoque οὔτι scribendum, iam ab Hartungio, qui eius coniecturam ob sententiam recepit, est refutatum. Profecto enim iambis anapaestos in fabulis satyricis personae miscent, quae comicas suscipiunt partes[67], velut Cycl. 154. 231. 234. Aesch. Prom. Pyrk. fr. 218. Qui

---

[63] Animadvv. in Eur. tragg. I p. 124.

[64] Od. I, 296.

[65] cf. XXXII, 10: Nam pransus iaceo et satur supinus
Pertundo tunicamque palliumque.

[66] cf. Sat. I, 5, 85: . . . . . tum immundo somnia visu
Nocturnam vestem maculant ventremque supinum.

[67] cf. Rossbach u. Westphal. Metr. p. 191.

vero sententiarum accurate consideraverit rationem, is facile intelliget vitium non modo in „οὔτινι", sed etiam in „ἐγώ" quaerendum esse, cum pronomen vocabulis ἐμοί et θεοῖσιν oppositis abundet, particula autem desideretur, qua Cyclops hanc sententiam e priore sequi demonstret. Itaque scribere malim:

οὔτω τίνι θύω[68] πλὴν ἐμοί, θεοῖσι δ' οὔ,
καὶ τῇ μεγίστῃ γαστρὶ τῇδε δαιμόνων;

„wem soll ich demnach opfern ausser mir — nicht aber den Göttern — und meinem Bauch etc.?" Iam vero restat, ut, quomodo orta sit codicis scriptura, brevi exponam. Librarium quendam legisse puto *ΟΥΤΩΤΙΝΙ* [pro *ΟΥΤΩΤΙΝΙ*] quae vocabula, ut cum priore sententia arcte coniungeret, in ἃ 'γὼ οὔτινι mutavit, sive negationem falso positam arbitrabatur sive alia de caussa. Fortasse autem codicis vitium e glossemate fluxit interrogationis explicandae caussa adscripto.

v. 336. ὡς τοῦ πιεῖν γε καὶ φαγεῖν τοὐφ' ἡμέραν
Ζεὺς οὗτος ἀνθρώποισι τοῖσι σώφροσι
λυπεῖν δὲ μηδὲν αὐτόν·

Musgravium secuti omnes fere interpretes τοὐμπιεῖν scripserunt. Equidem nescio an codicis scriptura servanda sit. Verba enim illa πιεῖν γε καὶ φαγεῖν τοὐφ' ἡμέραν articulo τοῦ inter se coniuncta unam quasi notionem videntur efficere atque a vocabulo dependere quod sequitur Ζεὺς οὗτος: *dieser Zeus des Essens und Trinkens passt für vernünftige Menschen und sich um Nichts kümmern* [scil. *passt für vern. M.*]

v. 340. . . . . τὴν δ' ἐμὴν ψυχὴν ἐγὼ
οὐ παύσομαι δρῶν εὖ κατεσθίων τέ σε.

Hermannus, cum particula τέ usurpari soleat, ubi quid adnectatur, quod ad rem, de qua sermo sit, non pertineat neque cum ea cohaereat[69], γέ scribendum esse censet. Quod iudicium quamquam in multos locos praecipue historicornm quadrat, tamen in tragicorum operibus non pauca inveniuntur exempla, e quibus apparet τέ particula res ita coniungi, ut quae priores positae sint, posterioribus accuratius explicentur[70], velut Eur. Or. 249:

ἐπίσημον ἔτεκε Τυνδάρεως εἰς τὸν ψόγον
γένος θυγατέρων δυςκλεές τ' ἀν' Ἑλλάδα.

ib. 544 ὦ γέρον, ἐγώ τοι πρὸς σὲ δειμαίνω λέγειν,
ὅπου σὲ μέλλω σήν τε λυπήσειν φρένα.

Soph. Phil. 15: ἀλλ' ἔργον ἤδη σὸν τὰ λοιφ' ὑπηρετεῖν
σκοπεῖν θ', ὅπου 'στ' ἐνταῦθα δίστομος πέτρα
τοιάδ', κτλ.

---

[68] De coniunctivo in eiusmodi interrogationibus usurpato cff. Bernhardy W. S. p. 396. 443. Krueger Gr. Gr. I, § 54, 2, 3. Matth. Gr. Gr. § 516, 3.

[69] cf. Gr. Herm. adnott. ad Eur. Med. ab Elmsleio ed. p. 334.

[70] Baeumlein, Untersuch. üb. gr. Partt. p. 211. 213.

Soph. El. 67: — — ὦ πατρῴα γῆ θεοί τ' ἐγχώριοι, — —
ib. 102: [σοῦ] αἰκῶς οἰκτρῶς τε θανάντος.

Quare non est, cur codicis scripturam mutemus.

v. 343. [λήψει] πῦρ καὶ πατρῷον τόδε λέβητά θ' ὃς, ζέσας
σὴν σάρκα δυςφόρητον ἀμφέξει καλῶς.

Cum Hermanno feci, a quo codicis scripturam πατρῷον τόνδε λ. et metro et sententiae repugnantem recte emendatam esse censeo, praeterquam quod in versu posteriore cum codice scribere malim δυςφόρητον, quo vocabulo mea quidem sententia Cyclops Ulixem miserrimum vult illudere[71].

v. 346. ἵν' ἀμφὶ βωμὸν στάντες εὐωχῆτέ με. Scripturam nobis traditam ἀμφὶ κῶμον e librariorum socordia fluxisse facile ex iis apparet, quae in versu antecedenti leguntur τῷ κατ' αὔλιον θεῷ.

[71] Conferenda sunt quae dixi ad vv. 291 et 296.

Corrigenda.

p. 4 l. 16 lege „etiam".
ib. l. 22 „ „μή".
p. 6 l. 21 „ „δρᾶσον".
p. 7 l. 11 „ „quoque".
ib. not. 23 „ „ἦ".
p. 8 not. 25 „ „ἐκτραφῶσι".